

## Aduertencias para

dicare postquam per nos eie&ti vel impediti  
sunt Curati, vel alij Sacerdotes a populis no-  
bis assignatis, tenemur quidem & de iustitia,  
peragere officium Curati, Sacramenta minis-  
trando, verbum Dei predicando. Quia iniu-  
riarentur Indi, nisi hec illis impenderemus: cō-  
fuerimus causa quod inde a populis eorum  
Sacerdotes tollantur, vel ibi non p̄ficiantur  
pro his faciendis. Et vt appareat quāta nobis  
insit obligatio populos Indorum docendi  
& instruendi, afferam hic aliqua, & primum  
erit ex Siluest. Confessor. 3. §. 11. Quod etiam  
tenent alij Doctores, tam Theologi, quā iu-  
riste. Querit ergo Silvester, Pro qua culpa te-  
neatur Cōfessor ex ignorantia in confessione  
delinquens? Et respondet quod qui se ingessit  
ad hoc officium, tenetur de omni exacta dili-  
gentia: quia qui se obtulit deposito, tenetur de  
leuissima culpa: vbi alias non teneretur, nisi  
de dolo & lata culpa. ff. de Depositis lege pri-  
ma. §. sepe: secūs si non se ingessit sed requisi-  
tus, aut compulsus exercet ex Charitate, quia  
non videtur teneri nisi in quantum scit, vel  
potest commode scire. Hec ille. Quantum ve-  
ro ad scientiam quam debet habere Confes-  
sor, eundem Siluestrum lege ver. Confessor. 3.  
in prin-